

Nec ab hoc errore suis immūnis sedet Papalis : (b) Johannes enim XXII. & alii præclari viri cum eo pertinaciter asseruere, vitam æternam non esse, nec aliam post hanc vitam, animamque hominis cum corpore mori & extingui adinstar brutorum. Nonne hac ratione cum Sadducæis in eodem ludo educati videntur, quibus Animas hominum post mortem superstites manere mera fuit fabula? Testetur hic solertissimus jadaicarum Antiquitatum secretarius (c) his verbis : Σαδδουκαίοις ἢ ταῖς ψυχαῖς ὁ λίγος συναφίζει τοῖς σώμασι. Σαδδουκαῖοι ψυχῆς ἢ τὴν διαμονὴν καὶ ταῖς κατ' ἄδελφωρίας καὶ ἡμᾶς ἀναίρησι. Falsa moti hac hypothesis, ac si Moyses nullius retributionis propriæ, sed prosperitatis corporalis tantum mentionem (d) fecerit. Dicam ulterius de Rhodio (e) scil. Stoicæ Sectæ Philosopho nobili, minus verò grato in hoc, quod Præceptorem suum Platonem non secutus sit, qui Animam internecionis nunquam condemnavit, sed in Gorgio potius eam à corpore sejunctam ad Rhadamanti tribunal revocavit. Ipse quoque summus Aristot. ab hac suspitione liber esse non potuit, scil. apud eos, (f) qui varia ex ejus scriptis effodierunt loca, (g) quibus hunc errorem manifestum reddere voluerunt. Ast satis purgatur ab hac macula æquè à veteribus, quàm à recentioribus (b) Philosophis, qui

(b) *Concil. Constantin. Sess. 2. tom. 4 Vide B. Gerb. Confess. Cathol. Tom. 1. lib. 1. part. 2. c. 2. (c) Flavian. Joseph. (d) Grocius lib. 2. de verit. Christiana Relig. quem sic laudat Sam. Pet. lib. 7. Miscell. c. 8. (e) qui tres lib. de officio, teste Cic. lib. 3. de offic. (f) Justin. in sua Paranesi. Gregor. Nyss. lib. de Aniu. Nazianz. in diss. contra Eunoni. Plut. lib. 4. de Plaut. Philos. c. 7. Pomponat. lib. de immort. Anima. Scheurl. loco cit. Vid. etiam quos citant conimbric. de Anim. Separata. Diss. 1. Artic. 2. Et Franciscus Murcia de Lian. sup. lib. 3. de Anima diss. 1. q. 1. (g) lib. 1. de Anim. text. 12. & text. 13. subseq. lib. 3. de Anim. c. 8. text. 39. (b) Ammonio, Philopon: Simplicio, Theophrast. Olympiodoro. Avicenna, quos refert Mirandulanus lib. 4. de Exam. Vanit. c. 9. Thom. contra gentes c. 79. Alberto Magno tract. 2. distinct. 18. quest. 3. Francisco Murcia dictis locis. Ruvio tractat. de Anim. separat. cap. 1. art. 2. Et Francisco Medico Uticensi lib. 1. de compisc. effectibus. Pereriolib. 6. de form. c. 19.*